

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Lvdovici Venegas ... Mariale beatissimae virginis variis
conceptibvs moralibvs illvstratvm**

Venegas, Luis

Fribvrgi Brisgoiae, 1624

S. Codratus martyr

[urn:nbn:de:bsz:31-160454](#)

S. CODRATUS
M A R T Y R.

10. Martii.

Fuga sacerdoti.

Sivis habere ministeria Ange-
lorum, fuge consortia sacerdoti, & ten-
tationibus resiste Diaboli. Renuat
consolari anima tua in aliis, si vit
in DEI memoriam delectari. S.
Bern. serm. 4. in Psal. Qui habi-
tat.

Ora pro concipientibus
bona desideria, et oton & d.

Henrico Hugo

ELOGIUM

S. CODRATI.

A Deste, & aures adverti-
te, qui Matrem, qui ube-

ra Mattis, & sinum clamatis
molliculi: suum etiam Super-
tis lac est. Matrem **C O D R A-**
T U S in cunis amilis; neque ta-
men non molliter est educa-
tus. Etenim nube miraculosâ
implicitum Numen fovit, &
Ambrosiâ, scilicet, enutritiv
delicatum. O pluribus, Cæli,
hanc instillate, plures ut **C O-**
D R A T O S habeamus! Ni-
morum à cælo lactatus cælum sa-
puit, cælum spiravit **C O D R A-**
T U S, & cæli amore, etsi medi-
cus aliorum prolongarer, su-
am ipse tamen vitam, imò
mortem, contempst. Ecce e-
nim verberant crudelem in
morem **C O D R A T U M** torto-
res. Aëiem, non **C O D R A T U M**

verberant. Nunc minas Jason
Præfetus , nunc blanditias
ingerit & promissa. Surdus est
Martyr. Raptatur cum sociis
ad supplicii locum. Ad epulum
ire sibi visi sunt ; atque ut sci-
res , quanto gaudio imbuti,
cum cantu ivere , & illo si Ju-
dices vel Cælitum aures ro-
gâsles , longè suavissimo. Jam
verò cùm capite sunt truncari,
gaudio demum dices exsi-
hiuste. Terra quoque applau-
dens eo in loco quem sanguini-
ne pinxerunt , fontem reddi-
dit ; sed qui Christianorum ,
pro Christo mori volentium ,
non pelleret , sed accenderet
sitim. *Ex Surio.* .